esse duximus, approbamusque et confirmamus omnes defectus si qui forte propterea obiici possint, quod extra Regnum coram officio extraneo Des ita[?] mei praedicti testator ordinatum conclusum sit autoritate nostra Regia[?] supplemus, illudque vim et robur officio[?] testamenti habere debere declaramus

Literae a servitijs

Sigismundus etc. Significamus etc.

Recepisse nos in numerum servitorum nostrorum Honoratum Iwaskonem Torsowicz Armenum Scabinum civem et Negociatorem Leopolien. propter optimum ipsius ingenium rerumque peritiam cui certa nostra negocia tractanda commisimus committimusque praesentibus. Quapropter omnibus quorum interest id ad notitiam deducimus simulque mandamus ut eundem Iwaskonem semper et ubique pro servitore nostro non tantum habeant sed etiam observent. Et quicquid nostro nomine apud quaevis subsellia officia et Magistratus in rem nostram egerit, in omnibus ei fidem adhibeant moremque gerant.

Titul

Vrodzonym A.B.C. Kniaziom czartoryjskim wiernie nam milym etc.

Cessio kmethonum

Sigismundus etc. Significamus etc.

Consensisse nos consentireque per praesentes Magnifico Stanislao Bykowskij Castellano Lancic. Capitaneo Sÿradien., ut possit et valeat coram quibuscunque Actis authenticis Regni nostri de sex subditis possessionatis quemlibet in medio laneo residentem in villa nostra Malka ad Capitaneatum nostrum Sÿradien. spectantem existentem quorum nomina ipse castellanus in cessione sua expressurus est in personam Generosi Stephani Malachowskij cedere quam cessionem postquam idem castellanus fecerit nos eam non secus ratam et gratam habituri sumus, ac si coram ipsis nobis praecedente consensu nostro facta esset. Porro nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum eosdem sex subditos quibus praedictus Castellanus Civi praemissum cessurus est in ius advitalitium eidem Stephano Malachowskij conferendum esse duximus conferimusque. Promittentes verbo nostro Regio quod eundem Stephanum Malachowskij possessione eorum sex kmethonum quoad vixerit non privabimus neque cuiquam id faciendum consentiemus praecipimus imo eundem Stephanum Malachowskij in pacifica eorundem